

aliud etiam nomen *Videntes* non omnino obsolevisse, quanquam itarum esset, ut oppositum duxerit animadvertisendum eos quos sūtā ētate Nabi, olim *Videntes* appellari consuevisse.

2. Observant in eodem Libro mentionem occurrere *Domus Domini*, quæ sanè phrasē post constructum Salomonē Templum obtinere cœperunt. Sed eodem etiam nomine designatum Tabernaculum constat ex testimonio Moyis, Libri *Josue*, primi Regum, & quorundam Psalmorum Davidis.

3. In eodem Libro Silo urbem esse in terra Chanaan exprimitur. Quæ autem necessitas, inquit, Samuelem cogisset, ut in Chanaanite scribens, & eodem allocutus populos, situm ejusdem Urbis tam exacte describeret? *Inventae sunt*, inquit, de *Jabes Galaa* quadrangente *Virgines*, quæ nescierunt viri eborum, & adduxerunt eas ad eastram in terra Chanaan. Sed facile reponitur, nomen ibi Chanaanitis per oppositionem adjectum esse ad *Urbem Jabes*, quæ Urbs est Transjordanica. Quis, rogo, miretur, si ad transitum ex una provincia in aliam designandum, utriusque Regionis nomina exprimantur.

4. Negocium facit potissimum in hanc sententiam testimonium ex *Judic.* 18. 30.

DISSE R T A T I O DE PRISCIS HEBRÆORUM ÆDIBUS.

a Horat. 1. 1.
Sat. 3.

Cum prosperrarent primis animalia terris,

Mutum & turpe pecas, glande, atque cubilijs propter,

Unguibus, & pugnis, dein fulibus, atque ita poro.

Pugnabat armis, que post fabricaverat usus;

Donec verba, quibus voces, sensusque notarent,

Nominaque invenero. Dehinc, & siccere bellum,

Oppida cepi, & condere legerem, & condenda-

bant, ut ratone uterentur; tum & post plura secula miscendi sermonis artem inventirent; ac postrem omnium factum est, inquit, ut abrido erraticae vita ac belluina generē antri sibi homines, & cavernas procurarent. Postantra, tentoria, successerunt & casæ; casis edes clementio construc̄. In Scriptura tamen primus homo inducitur sapientiā planē singulari instructus, & sub ipsa conditi mundi crepundia domus occurserunt, & Urbes, iis summilla, quæ post plurimum faculorum experientiam construere sibi homines novērunt. Cain Urbem filio suo natu majori cognominem adificavit (b). Metallorum ratio, & usus, sicut & Musica instrumenta diu ante diluvium obtinuerunt (c). Nec imperitus planē architectus censendus est Noe, cui idem & dimensiones Arcæ ab ipso construenda Dominus designavit. Paulò post diluvium homines uno confilio torrim, & Urbem Babelis construendam afflumperunt; qui verò potuissent si nullam noscent construendæ fabrica rationem? Si autem post ea tempora, sicut & hodie usque extant populi & gentes sub tentoriis, sive in antris degentes, non continuo tamen censendum est, nullam apud ipsos edificandarum edidim, & condenda-

b Gen. 4. 17.

c Gen. 4. 21.

22.

rum

rum Urbium ideam fuisse. Habitidine, & educatione factum est, ut eam sibi viterationem familiarem habuerint; facile etiam earum regionum clima permittit, sive populat, ut communis sibi habeant genus illud vitæ, nobis inusitatum, & incommodum, quod sub Cæli plaga degamus diversi & plane opposita.

Venienti in Chanaanitatem Abraham regio tota florentibus Urbibus disseminata se fuit, ut facilis illi fide in aliqua ex multis fuissent, quemadmodum Loth Sodomam conceferat; potuit etiam sibi & florentissima familiæ edes fabricare; sed campesiri vite genere electo, in tentoriis degere maluit; quod ab illo acceptum ejus posteri tam ex Isaac, quam ex Agar, & Cethurā servarunt. Neque hodiēnum plerique ex his populis commodius vite genus quisiverunt; nihil sibi conducibilis ad suavem vitam rati, quam si in desertis & agris vagantes, nulli libertatem suam habeant addic̄am.

Post adeptam ab Israelitis Chanaanitem, non statim papilionibus amotis edes sibi populus fabricavit, adhuc enim in Galgalis sub tentoriis degerunt. Verum elapo ab ingressu in eam regionem septennio, cum singulis Tribibus peculiares fedes tunc primum assignatae fuissent, ex agro in Urbes, ex tentoriis in edes migrarunt. Sed à Cinæis nihil de pristino more variatum est; negligit enim Urbibus, in agro & sub tentoriis, uti antea, immorati sunt, sive in media regione Chanaan, uti Heber Cinæus (d), sive in media Amalecite, uti cæteri ex posteris Jethro [e], sive tandem in medio Regni Juda, uti Rechabitæ, qui Jeremias etiam etate constitutis sibi ab Authorē suo legibus inhærentes, & ab ædibus, & ab uavini, ac tandem ab agricultura abstinebant. (f).

Porro in iis regionibus, de quibus nuper egimus, caverna & petra non tutum erant tantummodo in bellis rebusque turbatis effugium, sed iucunde etiam, commode, & vulgares incolarum ades. Nullæ erant commodiōes fedes gentibus quibusdam, ad Erythræi litora, ad finum Persicum, ad montes Armeniæ, Insulis Balearibus, & Melite, quas gentes Græco nomine Troglodytas appellabant, nempe viros in cavernis latentes (g). Hisce speluncis diffinianter erant montes Arabiæ, Judææ & Phœnicie; ac teste Strabone in Ituria innania quædam antea occurserant 4000. hominum continendi aptissima (h). Apud Josephum mentio fit de imperviis Galileæ specubus, quibus se continentis prædones nunquam potuerunt ab Herode exterminari, nisi cum demissi ope machinarum ex alto in sporis militis ad osca cavernarum succederent (i). Habet recessus illi angustum & difficilem aditum, vix capientem singulos, interiora verò ampla & spatiofa, ut homines plurimi cum annona ad multos dies continerent.

In Scriptura ocurrunt spelunca Loth, quod vir ille & tota familia (k) è Sodoma dilapsi fuit, & se receperunt; spelunca Macea, quinque Regum ab armis vietiis Josue

& Israelis effugium (l); spelunca Ethan I *Josue* 10. 16. (m) in qua Samson se se continuuit; Odol. in *Judic.* 15. 8.

lam, & Engaddi Davide ejusque exercitu celato notissima (n); Alia leguntur ab II. Reg. 22. Israelitis Madianitas (o) & Philistæos (p) fugientibus excise. Abdias oeconomicus Achab in cavernis reconditus 100.

Prophetas tenuit, quod furentis Jezebelis gladi subducerentur (q). Macchabæi Antiochum Epiphanem declinaturi, in speluncis fuit contabantur (r). Qod tandem nisi ad speluncas confugiebant Prophetæ & Ju-

stæ ab impiorum persequitionibus in tutum fuit recipientes (s). Faciatis Urbus adhuc tamen excisa faxa petebantur, à Mundi corruptione effugium; commodissimas eas infuper sedes rati, ubi rerum Divinarum contemplationibus, & pietatis operibus exercendi liberius vacarent. Succurrant in eam rem Eliæ, S. Joannis Baptiste, & Jesu Christi exempla. Extat hodiēnum una ex his speluncis tribus leuis à Sidone (t),

quam ita describunt. Immune est saxum præalti montis portio, in quo plurimi excisi specus, partim absimilis inter se formæ.

Aditus duobus circiter pedibus in quadro patet, interiora ad 200. continent excisa cellas, 12. pedum in quadro. Osium unum

cellæ latius occupat, reliqua tria cellula, vel armaria quædam tenent duobus pedibus à solo elevata; patent autem quædam

3. pedibus in quadro, quædam hac dimensione majora sunt, quædam minoræ. Su-

per osium cujuscumque cellula canale est in faxo excisum, efferendis aquis de fornici stillantibus opportunitum. Cum verò alia supra alias cellas incubant, ex inferioribus ad superioribus per gradus in saxo expresos ascensus datur. Tandem ad basim præalti faxi plures excise sunt cisterne, servandis aquis destinatae. Ex hac spelunca de reliquis judicium esto.

Cisterne colligendi aquis pluvialibus de-

stinatae, sive quæ vino post vendimiam ser-

vando in ipsi vineis, aut juxta illas effusæ, cavernarum loco quandoque tutum mi-

feris effugium atque sedem prebuerunt.

Patriarcha Joseph in cisternam Dothain à fratribus demissus legitur (u). Israelitæ cum Philistæos molestissimos dominos sustinenter, in cisternis fuit contiebant

[x]. Vir quidam ex fortissimis in-

exercitu David leonem in arenem cister-

nam prolapsum occidit (y). Cisternam aren-

tem pro carcere toleravit Jeremias (z).

Zeb vir inter Madianitas facile princeps,

in torculari deliterat, seu potius in sub-

terraneo quodam receptaculo servando vi-

no, antequam in lagenas pro more illorum

temporum reponeretur (a). Frates Re-

gis Ochozia quadrangita numero in cister-

nia deprehensi omnes mandante Jehu neci-

tradi sunt (b). Loca tamen illa neque

Hebreis unquam, neque finitimus populis

domiciliis fides præbuerunt. Verum cum

de Hebreorum ædibus sermo à nobis hæ-

beatus, hec omnia animadvertisse opere

præsumptum fuit, adeo à nostris moribus aliena,

ut vix factu possilia videri possint,

si Palestina veluti regio irrigua concipiatur, in qua rare viserent cisterne, præter-

quam

t Maundrel
Voyag. de Je-
rusal. p. 198.

u Gen. 37. 20.
G. c.

x 1. Reg. 13. 6.

y 2. Reg. 23.
20.

z Jerem. 38. 8.

a Judic. 7. 25.

b 4. Reg. 10.

15.

In Urbibus Montanis, ubi rari fontes & pueri; sicut etiam si vinum servatum creditur apud illos, quemadmodum apud nos, in dolis, cellis Vinariis, & cavernis.

In Palestina succedentibus Hebreis nullerant Urbes, nisi quas pulsis Chananeis, armis sibi occuparunt: Deus enim eam regionem possidet cum Urbibus concesserat, cum Urbibus, inquam, aliena manu aedificatis, & cum vineis, & olivetis ab aliis sane dominis consitis (e). Porro Chananeae Urbes iste validis munitionibus cingebantur, ac moenibus ita praesidis, ut de illis usurparetur: *Urbes ad Calum usque muratas* (d). Arces seu munitiones Urbes editis collibus insidebant, duplo interdum, & triplici quandoque moenium ambitu protegunt. Sed unus erat propter ceteris firmior murus, turribus per interiecta spatiu munitu, quem excavata fossa, ac deinde antemurale, de quo frequenter Scriptura (e), defensabant. Antemurale illud humilior erat murus, quem tantum aggesta terra & propagacula tutabantur. Altitudinis, & crassitudinis veterum moenium specimen exhibent ambientes Babylonem muris 200. cubitis è solo assurgentis, & 50. habentes crassitudinis (f). Vir qui nosfrate rem oculatus testis insipxit, testatur, extantia adhuc rudera veterum moenium urbis Ninive, murum exhibere 30. pedibus latum, & praetulum adeo, ut jactus ab homine sursum lapis vix altius evolare (g). Cum Romani Ierosolymam expugnarunt, triplici moenium ambitu urbem eingebatur (h). Parva ferunt de Urbibus Babylonis, & Carthaginis. Ecbatana se templici muro protegebatur (k). Sed non moenibus & arcibus, ut loci situ, munitiones erant Urbes Palestinae; in crepidine enim ardui montis constitutae, omnes cludebant hostium conatus; si quæ autem minus tuta loci natura fuissent, in naturæ adjumentum arte accitæ, murum excibant immane, adeo & validum, ut ne tentari quidem ab hostibus posset. Vide sis nostram Dissertationem de militia Hebreorum.

Urbes habebant, quemadmodum hodie usque in Oriente, nullo stratis lapide, sed mundissimas, nullâ in ea re cautione prætermis. Frustra enim in illis quererentur vel sanguinis macula, sive projecta bestiarum morticina, sive aliud quodcumque aeri corumpendo, sive incendiis legali macula Israëlis noxiæ: scita sunt enim, quæ Moyses his sordibus amoendis prescrifit (l); nec ignotus Judæorum horror in sanguinem (m). Quantum autem munditia, studeret populus, satis demonstrant ablutiones tam privatae (n) quam publicæ apud illos frequentissimæ. Nulla quidem offendere licet apud illos publica ædificia balneis destinata, quemadmodum plura erant Græcis & Romanis, sicut & hodie Mahometanis (o); sed præceptum tamen singulis à Moysi legimus, ut balneis & lotionibus pro certis rerum eventibus interterent; nempe pro eluendis legalibus & quotidianis maculis, quæ vix ac nevix quidem vel à cautissimis evitarentur.

c Deut. 6. 11.
12.

d Deut. 9. 1.

e 3. Reg. 21.
23. & 2. Reg.
20. 15. Ps. 48.
14. 1st. 8. 4.
& 26. 1. Je-
rem. Lament.
2. 8. Nabum 3.
8.

f Herod. 1. 1.
cap. 178.

g Paul Lucas
Voyage du Le-
vant 1.2. ch.
11. pag. 56.
h Joseph de
bello 1.6. cap.
6. Lat. & 13.
in Grac.
i Herod. 1. 1.
cap. 98.

l Deut. 23. 12.
m Gen. 9. 4.
Levit. 7. 26.
Ec.

n Marc. 7. 23.

o Vide The-
venot. c. 23.

Non is erat Hebreorum Urbibus publicorum ædificiorum, & Temporum numerus & splendor, qualis in aliis Urbibus cæterorum populorum spectabatur. Unicum erat in toto Regno Templum, magnificissimum tamen adeo, ut cætera aliarum gentium superaret. Post schismata Jeroboami, gemina alia ab eodem Princeps excitata sunt, alterum in Dan, iuxta fontes Jordanis, alterum in Bethel, singulis aureis vitulis dedicata (p). Salomon nonnulla excitaverat Diis alienigenis, impio fœminarum amori indulgens (q); pravoque exemplo cæteros decide Reges ad simile facinus induxit. In Israëlis Regno majori licentiæ crimen pervagatum est. Sub Achaz & Jezabele præter gemina aurorum vitulorum Templa, alia quoque adjecta sunt Baal, & Astarte Phœnicis Numinibus, quorum cultum Jezabel in Israëlem invexerat (r). Synagogæ in Urbibus nonnullis post captivitatē occurserunt (s). Jesus Christi ætate frequentes erant, quas magnificientia, & amplitudine suæ munificientia conditorum & Urbium respondit se facile credimus.

Juri dicundo plerisque Urbis foræ destitutæ. Ne cogerentur agricola intrare Urbes, & aliquod subire dispendium, Judices in portis residebant, ut tam urbanos quam rusticos in exitu & introitu urbis audirent, & finito negotio uniusque confessum ad proprias reverteretur, ait. Hieronymus. Ædificia in eam rem destinata ipsiis Urbium foribus adhaerent. Cum verò scriptis parceretur ætate illâ summaria fuisse judicia credimus, nullis ferme servatis judicialibus formis, solisque adhibitis testimonis, quorum nunquam abfuisse poterat in patentibus urbis foribus copia. Si quid venderetur, emereturque, aut pactione tractaretur in Urbis foribus & coram testibus, id fane ratum erat & firmum. Abraham pretio sibi speluncam & agrum Ephronis, ut Sarah sepeliret, empturus (t), præ foribus Urbis Hebron se constituens, cum Ephrone convénit, foliisque pretio coram omnibus Urbe ingrediens, confirmatus est ager quondam Ephronis Abraha in possessionem videntibus filiis Heth, & cunctis, qui intrabant portam Civitatis illius. Quid autem potissimum servaretur in Judiciis ibidem rendit, ex histori Ruth (u) fatus intellegimus. Foribus ergo Urbis ædificium imminebat cum specula. In bello Abrahoni cum Davide, plus Pater, dum prælium committeretur, (x) sedebat inter duas portas: speculator verò in edito loco propiciens, cum forte aliquem è prælio veniente speculasset, clamabat. David post auditum de nece filii sui nuncium, ut paterno dolori fræna liberius laxaret, ascensit in cænaculum portæ.

Foribus accedebat platea, cogendis populis (y), & mundinis celebrandis destinata (z). Elieæus Propheta futurum prædictum Joromo Regi Samaria, ut post solutam ab obdictione Urbem mane alterius diei farina modius præ foribus, sive in foro, si clo veniret. Usuram, & dolos munquam recessisse è foro Jerusalem Psalmista con-

p. 3. Reg. 12.
30.

q 3. Reg. 11. 7.

r 4. Reg. 16.
31-32.

s Vide que dis-
serimus 1.

Macchab. 13.

42.

t Gen. 13.

10. 18.

u Ruth 4. 1. &
Deut. 25. 6. 7.

x 2. Reg. 18.

24. 33. &c.

y Vide 2. Pa-
ralip. 18. 9. 18

area juxta por-

tam Samaria.

Et 2. Par. 32.

6. In platea-

porta Civita-

tis.

z Isai. 27. 21.

& 2. Esd. 3.

3. 4. Reg. 7. 1.

que.

De Priscis Hebreorum Ædibus.

167

queritur (a). Quæ sacrificiis usui esse poterant, in ipso Templi atrio vendebantur, unde Jesus Christus impios licitatores depulit: indignum clamitans, domum orationis speluncam latronum effici [b]. Plateæ ista vendendis rebus destinatae, respondebant hodierni Bazari orientalibus, qui atria sunt porticis perpetuæ, & fastigiatæ ambitu cinta; sub porticibus verò officinæ mercatorum patent. Viri mercatorum exercabant; foeminas enim vel in officinis parere nefas, qui etiam mos hodie dum apud Orientales manet. Solebant non raro advenæ, frustæ quoque apud cives hospitio, noctem in foribus agere; divertioria enim tunc temporis rara habebantur, & frequenter nulla. Angeli Sodomam missi ut Lothum educerent, acturi totam noctem in foro videbantur (c). Levita illæ, cuius uxor injuriam à Gabaonitis accepterat, ad multam noctem in platea sustinuerat, nullum inveniens benevolum hospitem (d). Diversoria quidem alicubi occurrerant, quæ à foeminae deplorata fama habebantur. Fratres Josephex Egypti reduces in diversorum, nocte subeunte, sece receperunt (e). Exploratores Jerichuntem missi apud Rahab diverterunt (f). Samson cum Gazam venisset, in hospitio, quo cæteri advenæ, receptus est (g).

Peristylia verò illa & porticus perpetuæ circâ aedes regnantia duplice erant commoda; primo id efficiebant, ne Solis radii rectâ in parietes incidentes immodeco æstu torrerent; secundò ut ex una ædium parte ad aliam liber daretur aditus, ab injuriis Solis & pluviae immunis. In atris Principum milites Prætorii, cæterique qui rerum tractandarum causâ ventitabant, sub hinc porticibus commodam moram traherent. Palatia Principum Orientalium hodie usque ad hanc normam constructa sunt, nec alterius fuisse architectura videtur aedes Eglon Regis Moabitum in Jericho; namque Aod post occidum prodigione Regem, peristylum transgressus, ubi dispositi erant milites Regia domus custodes, evasit [l].

Materia omnis in ædificiis ejus ætatis vilior habebatur præcedo. David consilium suum de construendo Templo Domini Nathano communicans (m): Cernis, inquit, me preitos aedes incorrere, cum interim Arta Domini sub pelli bus detineatur? Salomon cedrinis asseribus Templum vestivit; cedro simul & marmore intermixtis intravit atrium interius Templi, vestibulum item Sancti, & atrium Regia Domus, ut totum pavimentum tripli constaret ordine lapidum, & altero cedrino; sed de cedri uero nos alibi fusi (n). Quid? columnæ porticus Regiarum Ædium fulciant nonne cedrinae? Jere- mias, ait: Facit laquearia cedrina, pinxitque sinopide (o). De picturis ceratis mentio occurrit 2. Macch. 2. 30. Dicte pictura illæ in ligno vel pariete, dein quadrata cerâ oblitæ setis pannove fricabantur, qua de re Vitruvius 1. 7. c. 5. sicut & aurata cerataque laquearia porticuum in Templo legas apud Josephum 1. 18. c. 12. Tandem Scriptura quatuor ædificia alicuius magnifici ideam ingerit, semper cedrinas aedes vel cedro vestitas memorat (p). Fabria nostra lateritiæ correrunt; ita impudentissime jacitabant Samaritani; nos pro lateribus nitentes. Et exploitos lapides substituimus; ædificia nostra è sycomoro everti- runt; cedrina ædificabimus [*].

Nec cedrus tantummodi, sed ligna alia

1 Judic. 3. 23.
24.

m 2. Reg. 7. 23.

n 3. Reg. 6. 36d
& 7. 12.

o Jerem. 22. 13.
14.

(s) Cant. 1.
26. & 8. 9.

* Isai. 9. 10.

constat, quædam referentes.

Columæ illæ cedro constabant, nec alterius erant vilioris materiae trabes, & bases porticuum; unde nomen ædibus do-